Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

cum eo in aegyptum in lxx̄ non habetur. dein iungitur et eduxerunt
uriam de aegypto. et adduxerunt eum ad regem ioachim. et percussit eum
gladio et proiecit cadauer eius in sepulchris uulgi ignobilis. uerumtamen
man̄ achaiam filius safan erat cum hieremia. ut non traderetur in manu populi
et interficerent eū; quaeritur quur cum urias filius semeiae de oppido
cariathiarim et eademque hieremias propheta et timore perterritus fuge
rit aegyptum et inde retractus occisus sit. hieremias potuerit euadere;
quia certe nunc fugerat sed audacter in priori sententia perseuerens.
liberatus sit tam uulgi principumque iudicio. quam consilio seniorum ad
uersum accusatores sacerdotes et pseudo prophetas; ad quod breuiter
respondendum. nequaquam discere posse iudicium. dum eadem causa ea
demque sententia. alius puniatur. et alius liberatur. nisi forte hoc respondere
possimus. quod urias in condemnatione et accusatorum et populi trucidatus
sit. hieremias autē reseruatus iudicio dī. ut reliquiis infelicis populi prae
diceret. et eos retraheret ad paenitudinem; quod quidem et in apostolorū
actibus legimus iacobum apostolum. statim herodis pertulisse sententiam. et
martyrio coronatum. petrum autem et ceteros apostolos doctrinae dn̄i
reseruatos; et animaduertenda constantia prophetalis. quod ne de aegyp
to quidem retractus. urias mutauerit sententiam. sed uidens sibi imminere
mortem. nihilominus sit locutus quae praeceperat dn̄s; quodque timuit. et
fugit et ingressus est aegyptum. non infidelitatis sed prudentiae iudi
cium est. ne frustra nos offeramus periculis. alioquin et dn̄m saluatorem
de manib: persequentium lapsum legimus. et praecipientem apostolis. cum
uos persecuti fuerint in hac ciuitate. fugite ad aliam; queritur quoque
quomodo ioachim rex iuda parui imperii et debilitati. etiam iā quae peri
turi mittendi. in aegyptum habuerit potestatem et inde uriam educere;
quod facile soluitur. si consideremus eum a rege aegypti. nechao. prin
cipem constitutū. et hanc prophetiā factā eē. in principio regni eius; qua
quam autem hieremias dn̄i adiutorio liberatus sit. tamen et illi reputatur
in mercedem per quem prophetam suum dn̄s liberauit. ucicam uidelicet
filii iosafat quod in posterioribus lecturi sumus. si quando de cisterna luti